

postquam instituta est, certe iam anno 109, tendens in Aegypto, ab equitibus Romanis praefectorum vocabulo regebatur, non a legatis. Hunc Gallum praefuisse ei crediderim primis eius temporibus, ante annum 109. — 3) Certa mentio legionis XXI Rapacis non superest post Domitianum, creduntque eam dimissam esse post rebellionem Antonii Saturnini (cf. Marquardt Staatsverw. II<sup>2</sup> p. 450 not. 8). Hoc si verum est, tribunus militum Gallus fuit ante annum 92, plerosque honores adeptus est sub Traiano.

**1039** . . . . . | leg. Aug. pro pr. provinc. Galat. Phryg. | Pisid. Lycaon. Paphlag., item ad census Pa[phlag.<sup>1</sup>, leg. leg. I M. p. f. in Germ. infer., praeto]ri candidato imp. Traiani Aug. Germ. Da[cici Parth.<sup>2</sup>, trib. pleb. candid. eiusdem, [XV]vir. sac. fac., ad acta senatus<sup>3</sup>, q., V[Ivir] | eq. R., trib. leg. XXII P. p. f., Xvir. stli[tib. iudi]candis | et<sup>4</sup> . . . . .

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6819, descripsit Ramsay).* — 1) Cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> 1092 not. 5. — 2) Ita Traianus appellabatur a. 146 et 147 (cf. supra N. 297), unde de tempore tituli positi constat. — 3) Cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 901. — 4) Periisse videtur nomen alicuius una cum hoc honorati.

**1040** C. Iulio M. f. Volt. | Proculo cos., XVvir. | sacris faciundis, fetiali, cur. | operum publicorum, leg. Aug. | p. p. ad census<sup>1</sup> provinciae Lug[dunensis, leg. Aug. p. p. region. | Transpadanae<sup>2</sup>, legato leg. VI Ferrat., praet., trib. pl., ab actis | imp. Traiani Aug., tr. leg. III Scy[thic., q. Augustor., IIIviro a. a. a. f. f., | Antiates publice | patrono.

*Antii (X 6658 vidi ipse).* — 1) Cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 1092 not. 5. — 2) Cf. Mommsen Eph. ep. 7 p. 597 not. 7.

**1041** C. Atilio Cn. f. . . . . | . . . . . o<sup>1</sup> Iuliano Cl. R[ufi]no | cos. II, procos. provinc. | Afr[ic]ae, | leg. Aug. pr. p[r. provinci]ae Syriae et provinci]ae Cappad[ociae] et Armeniae maior. | et minor.<sup>2</sup>, VIIvir. epu[lon., d]onis militaribus | donato a divo Tra[iano] corona mur[ali] | vallari navali<sup>3</sup> h[astis puris III vexill]is III, pr. urb., | praef. aerarii Sat[urni, praef. aerar. m]ilitar.<sup>4</sup>, leg. | [leg. . . Ge]m. p. f., cu[r. viar. . . . .]iae, praef. | [frumenti] dandi e[x s. c., sevir]o eq. Rom. turm[ae] II, | [trib. pl., qua]est[ori] pro pr. provinci]ae] Asiae.

*Antii (X 8291 descripsit de Rossi).* — 1) Hic Cuspium nomen suppleverunt Rossius et Mommsenus, titulum pertinere putantes ad Cuspium Rufinum, qui fuit consul a. 142. Sed hic Cuspium (ut ipse monuit Mo.) a. 142 non iterum consul videtur fuisse, sed primum. — 2) Legatus Cappadociae et Armeniarum duarum fuit sub finem regni Traiani, cum Armenia maior in provinciam redacta esset. — 3) Desiderari mentionem coronae aureae notat Mo. — 4) Praetura si refertur loco suo, Atilius praefectura aerarii Saturni et praefectura aerarii militaris functus est ante praeturam; quod vix credi potest. Potius statuendum cum Henseno (X p. 1018) praeturam relatum esse loco non suo.

**1042** Senecioni | Memmio Gal. | Afro cos.<sup>1</sup>, proc. | Sicil., leg. pr. pr. | provinc. Aquitan., | L. Memmius Tuscillus | Senecio | patri optumo. *Tibure (XIV 5597 descripsi).* — 1) Senecio Memmius Afer consul suffectus fuit sub Traiano (C. XIV 2245 v. 5).